

No. 93. 1222. 25. Febr.

B. Bruno II. eignet dem Capitel die Vogtei in den ihm bereits zustehenden Dörfern Coblenz und Dobranitz bei Bischofswerda und Cannewitz bei Göda, welche dasselbe von dem edlen Moyko von Stolpen erkaufte hat. Vgl. No. ~~131~~—133. —135.

Bruno secundus dei gratia Misnensis episcopus omnibus in perpetuum. Cum dilectus ac familiaris noster nobilis vir dominus Moyko de Stulpen advocatiam in bonis fratrum nostrorum, canonicorum Misnensium ad dominicalem obedientiam pertinentibus, in tribus villulis, videlicet Cobuliz, Dobranewiz et Chanowiz, in provincia Budesinensi sitis, multo tempore ab antecessoribus nostris iure tenuerit feodali, et per cottidianas et indebitas exactiones rusticos ecclesiae aggravavit in tantum, ut etiam fratres nostri, capitulum Misnense, ad nos de ipso saepius deferrent querimoniam suppliciorum, ne permitteremus bona ecclesiae per praedictum Moykonem destrui et penitus adnullari, et dictos rusticos novis et inauditis vexationibus molestari, de bona voluntate nostra duximus permittendum, ut ipsam advocatiam redimerent a nobili memorato, ita ut in [usum] fratrum Misnensium cederet, quicquid iure advocatae eidem nobili antea poterat vel consueverat obvenire. Dilecti [itaque] in Christo fratres nostri et capitulum saepifatum, accepta a nobis licentia supradictam advocatiam pro XXVII marcis a memorato nobili redemerunt. Unde praenominatus nobilis ad nostram praesentiam accedens ab advocatia iam praedicta cessit et eam in manus nostras publice renunciavit. Nos vero ipsam cum omni iure fratribus nostris, canonicis Misnensibus cum servitiis memoratis duximus conferendam. Ut autem haec nostra donatio rata permaneat et inconvulsa, hanc cedulam inde conscribi ac sigilli nostri impressione iussimus communiri. Huius rei testes sunt Petrus decanus, Vlricus Wurcinensis praepositus, Sifridus, Nicolaus Budesinensis praepositus canonici Misnenses, Hermannus decanus, Johannes scolasticus, Lampertus custos et Vlricus canonici Budesinenses, Vlricus Wurcinensis canonicus et Thuringus presbyter; laici Moyko, Tammo pincerna et filius eius Tammo, Wolfgerus et Wolfgangus de Godowe, Volmarus camerarius, Hermannus frater eius et alii quam plures. Acta sunt haec Godowe anno domini M^o. CC^o. XXII. V^o. Kalend. Martii pontificatus nostri XIII^o.

Nach dem im Stiftsarchiv zu Meissen befindlichen, an einigen Stellen schadhafte Original mit dem wohl erhaltenen Siegel an einem Pergamentstreifen. Die ergänzten Worte sind in eckige Klammern gestellt.

Gercken Hist. d. Stadt Stolpen S. 541. — Köhler cod. dipl. Lus. I. S. 32.

No. 94. 1222. 7. März.

P. Honorius III. befiehlt dem Erzbischof von Magdeburg und dessen Suffraganen die bei Blendung des Abts zu Nienburg thätig gewesenen, dem Kirchenbann verfallenen Personen, von welchen einige in Rom die Absolution erschlichen, als mit dem Bann Belegte öffentlich zu verkündigen etc. Vgl. No. 90.

Honorius episcopus etc. Venerabilibus fratribus . . archiepiscopo Magdeburgensi et suffraganeis eius salutem etc. Ad audientiam nostram noveritis pervenisse, quod Bertranus advocatus, Gebertus praeco, Fredericus miles de Hehsleue, Radulfus,